

PRACTICARVM
QVÆSTIONVM
RERVMQVE
IN SVPREMIS BELGARVM CVRIIS
ACTARVM ET OBSERVATARVM
DECISIONES.
IN SEX VOLVMINA
DISTRIBVTÆ:

Quorum PRIMVM, promiscuè casus in Iure quotidie occurrentes;
SECVNDVM, TERTIVM, QVARTVM & QVINTVM Decisiones, secun-
dùm ordinem vniuersi CODICIS IVSTINIANÆI digestas;
SEXTVM & vltimum Consuetudines Feudorum pertractant.

AUCTORE

D. PAVLO CHRISTINÆO Mechliniensi, L. V. D.

Domino de BVECKEN, BEYSSEM, & ASSENT,
& Supremæ Curix Mechliniensis Aduocato.

Opus omnibus in vtroque Iure versantibus perquam vtile & necessarium.


Jam secundò ad ipsa Auctoris Autographa emendatum & auctum, stu-
dio & operâ D. SEBASTIANI de CHRISTYNEN eiusdem
filij, Ciuitatis Mechliniensis Syndici.



ANTVERPIÆ,
Ex Officina HIERONYMI VERDVSSII
ANNO M. DC. XXXVI

ALBERTO
ET
ELISABETHAE

SERENISSIMIS AC POTENTISSIMIS
AVSTRIAE ARCHIDVCIBVS,
DVCIBVS BVRGVNDIAE,
ET
BELGARVM PRINCIPIBVS.

 SERENISSIMI PRINCIPES,
plurimis indiciis & non obscuris argu-
mentis ex perpetuo Illustrissimarum
Celsitudinum Vestrarum anni vnde-
cimi supra millesimum sexcentesium edicto col-
ligens, inter complures benè pacificeque guber-
nandi præstantissimi pectoris vestri intentiones,
non esse postremam, vt, euitatis labyrinthis atque
inextricabilibus propemodum Iudiciorum ambi-
guitatibus, ius suum cuique subditorum vestro-
rum succinctiori quoad fieri potest methodo con-
tingat, ac litium multitudo in infinitum iam penè
excrescens vel rescindatur, vel saltem imminuatur:
operæ pretium atque rem piæ intentioni Vestrae
non indignam me facturum sum arbitratus, si no-
tabiliores Decisiones à summo Vestro Cõsilio Me-
chliniensi, aliisque supremis Vestris Curiis Princi-
pem repræsentantibus, in difficilioribus causis per-
sententias decretas (quæ in similibus casibus legum
instar obseruandæ veniunt) in Volumen aliquod
redegero: ad quod vsui mihi fuerunt quadraginta

PRACTICARVM
QVÆSTIONVM
 RERVMQVE
 IN SUPREMIS BELGARVM CVRIIS
 ACTARVM ET OBSERVATARVM,
 Volumen Primum.

Auctore PAVLO CHRISTINÆO, Mechliniensi, L. V. D. & in supre-
 ma Curia Mechliniensi Aduocato, &c.

DECISIO PRIMA.

An sententiæ vel decisiones supre-
 mi Consilij vel summorum tri-
 bunalium, exemplum & præiu-
 dicia statuunt.

SVMMARIA.

- 1 Definitio Senatus.
- 2 Dom. Carolus de Boifot Auctoris auctor.
- 3 Arresta supremi consilij vtrum exemplum præbe-
 ant in similibus causis sequendam.
- 4 Præbere à Curia decisum subditis imitandum
 probatur, si cum cognitione causa seruantur.
- 5 An sententia sub nomine Principis præiudicium
 statuat.
- 6 Quando Senatus potestatem condende legis ha-
 beat.
- 7 Et quousque durent, & in quibus obtineant le-
 ges illæ.
- 8 In litis decisoriis legis vim non habere.
- 9 Concursatio opinionum.



Curia Senatus sit (vt cum
 Cicerone initium haru
 supremi facti Senatus
 Decisionum à defini-
 tione faciamus) multo-
 rum Iudicium Colle-
 gium, pro supremo
 Magistratu ad omnes
 causas tam ciuiles quam criminales constituendum
 decidendas à supremo Principe constitutum, vel
 à Republica ad hoc potestatem habente, ac
 prouide decisiones eiusdem consideranda ve-

niant, tamquam à supremo Principe lata, (in
 dubium aliquoties vocatum fuisse reperi ex
 notis & relationibus. Amplissimi Domini Car-
 olo de Boifot, quondam huius Curie Senato-
 ris meritisissimi, & postea Præsidis in Hispaniis
 designati aui vxoris matris) An huiusmodi deci-
 siones exemplum præbeant, vt ab inferioribus
 in similibus causis iudicaturis sequantur, & sic
 præiudicia statuunt: eamque questionem sub
 sequenti distinctione terminatam fuisse, quod
 scilicet sententiæ ab Imperatore vel à summo
 Principe, cognita & discussa prius causa, lata,
 quoad eundem subditos exemplum & præiu-
 dicitum statuunt, vt ab inferioribus in similibus
 causis iudicaturis sequantur, secundum Text.
 in l. fin. ibi: Si Imperialis Maiestas causam condicio-
 naliter examinauerit & partibus cominus constituti
 sententiam dixerit. omnes omnino iudices, qui sub
 nostro sunt imperio, sciant hanc esse legem, non solum
 illi causa pro qua producta est, sed & omnibus simili-
 bus. C. de legibus. & Constit. ad Text. in terminis
 apertissimis in l. Apud Iulianum. §. Verum autem
 presentis, vbi Iurisconsultus Vlpianus ab Impe-
 ratoris decisione exemplum haurit. Est enim (in-
 quit ibidem Vlpianus) huius rei exemplum capere
 ex rescripto Dom. Pij & Text. in l. Metum §. Sed ex
 facto scio. ff. Quod metus causa. vbi idem Vlpian.
 citat rescriptum Imperatoris in exemplum
 quod sequendum sit, idque nonnulli restrin-
 gunt procedere quando lata esset sententia su-
 per nouo casu antea nunquam deciso: in deci-
 sis enim potius res scripta seruanda est, vt in-
 quit gloss. d. l. fin. verb. Si Imperiali C. de leg. &
 consil. & ibi Bald. & Salicet. Vel etiam super casu
 Iuris dubij: nam sententia sine causæ cognicio-
 ne prolata de Iure nulla est, secundum tradita
 in d. l. fin. in vers. Vt Regalem sensum contemnat Re-
 giam interpretationem obtinere, & in d. verbo Exe-